



Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. 46. De prima visione illarum quatuor visionum & consolationum quas
habuit super filiis suis spiritualibus, qui ve[n]turi & sequunturi erant Iesum
Christum ad detegendum & manifestandam viam crucis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

186 *De prima visione*

recipiebat & acceptabat nihil possum dicere, quia est mihi impossibile manifestare. Altera vice vidi beatam virginem me ad cognitionem exhortantem, & benedicentem, & mihi dolorem suæ compassionis quam habuit de filio suo dicentem.

Quadragesimum sextum capitulu. De

*De prima visione illarum quatuor
visionum & consolationum quas
habuit super filiis suis spiritua-
libus, qui uenturi & sequutari e-
rant Iesum Christum ad detegen-
dam & manifestandam viam cric-
cis.*

QUADRAGESIMA vice eleuata, &
attracta pariter & absorpta
in lumen increatum, videbam
quæ non possum dicere. Rema-
nente autem hac influentia, ap-
paruit mihi effigies benedicti
Dei hominis crucifixi, quasi tunc
nouiter de cruce depositi. Cuius

sanguis apparebat sic recens & rubicundus , & per vulnera effluens, ac si tunc immediatè de recentibus vulneribus efflueret. Et apparuit in iuncturis eius tanta dissolutio neruorum ex dira protensione extensionis in cruce, quod iuncturæ ossium à debito loco videbantur omnino laxatae , ad cuius conspectum plus quam possit dici transfixa sunt viscera mea , & dolebam plus quam quibuscumque doloribus fuerim ante affecta.

Dum igitur sic statem tota absorpta ab illo dolore , ecce subito circa crucifixum multitudo filiorum apparuit, qui deuoti erant ad prædicandum , & imitandum paupertatem , despectum & dolorem crucifixi. Benedictus igitur Iesus eos aduocatos ad se & tractos cū tanto amore singulos amplexans , ad vulnus lateris osculandum cum manibus suis, eorum trahens & stringens capit applicabat , quod gaudium

Quanta benedictione donat domini nus eos qui verbi sui præcones & amplificatores sunt.

ex hoc in anima mea genitum de-
tam euiscerato amore super eos
ostenso me fecit obliuisci dolo-
rem supradictum. Erat autem gra-
dus diuersorum in applicatione
filiorum ad latus, quia quosdam
etiam saepius applicabat, quosdā
plus quam minus infigebat quosdā
intus totaliter absorbebat, appa-
rebantque in labiis rubricatio ru-
bentis sanguinis, qui in aliqui-
bus genas, & totam faciem de-
corabat, & colorabat secundum
gradus supra expressos, singulis
que largas benedictiones infun-
dens dicebat. O benedicti filii
discooperite viam crucis, pau-
pertatis, scilicet, meæ, & despe-
ctus & doloris mei, quo modo
temporaliter cooperatores abū-
dant: quia ego singulariter vos
elegi, ut per vos discooperiatur,
& manifestetur veritas mea con-
culcata, & absconsa vestro ver-
bo & exemplo. Et intellexit ani-
ma mea, quod sicut applicatio
ad latus secundum diuersos gra-

de
os
o-
ra-
ne
um
dá
dá
pa-
ru-
ui-
de-
um
lif-
in-
filij
au-
pe-
do
pú-
vos
ur,
on-
er-
ni-
ctio
gra-

quam vidit super filiis spirit. 189
dus apparebat. Sic & verba di-
uersimode de singulis filiis pro-
ponebantur. Eset autem impos-
sibile exprimere euisceratum a-
morem qui relucebat in aspectu
oculorum illius benedictæ faciei
Dei hominis Iesu Christi, super
istos filios, & in applicatione ad
sacrum vulnus, & in omnibus
signis, & verbis & benedictioni-
bus super eos factis & prolatis.

Quadragesimum septimum capitulum.
De secunda visione & consolatione.
quam vidit super prefatis filiis suis
spiritualibus super eisdem.

ALIA vice dum essem in
quadam processione, sensi
illum abyssalem attractum in-
creati Dei, modo quo dictum
est supra, modo ineffabili. Vidí-
que benedictum Deum trinum,
& unum in sua maiestate, inha-
bitare mentes filiorum, transfor-
mando istos filios diuersimodè
in se, secundum gradus supra ex-